

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

August Varenius Felix Fidler

**Partis II. In Schola Isaiana Disputatio XV. Exhibens Inscriptionem Massa Zor, Seu
Manifestum Dei Bellicum Adversus Incomparabilem Quondam Tyrum Ex Cap. 23.
Isaiae**

Rostochi[i]: Richelius, 1658

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn775827509>

Druck Freier  Zugang



R N. theol. 1658
August Varenius / d
Vert. Felix Fidler

XV.

37

PARTIS II.

In

SCHOLA ISAIANA
DISPUTATIO XV.

Exhibens

M A S S A
Z O R.

seu

MANIFESTUM DEI BELLICUM
ADVERSUS INCOMPARABILEM
QVONDAM TYRUM

Ex Cap. 23. Isaiae

Quam

בְּשָׁם יוֹמֶן צְבָאָה

PRÆSIDE

AUGUSTO VARENIO,

SS. Theol. D. Hebraicorum & Catech. Christi,

Prof. Publ.

Eruditorum objectionibus responsum
defenderet

FELIX FIDLERUS,

ROSTOCHIENSIS,

Habebitur die 17. Julii, horis 23. Postmer.
in Mesoelenii Collegio.

—(6):(0):(9)—

ROSTOCHI,

Typis Johannis Ricbelii, Senatus Typogr. 1658.

Generoso, Nobilissimo & maximè Strenuo
DOMINO
DN. ECHARDO von der Lühe/

EQUITI MECLENBURGICO, Hæreditario in
Schulenberg/ &c. &c.

Dominus Meo pretiosissimo.

UT ET

Reverendis, Clarissimis & Humanissimis Dominis

DN. MICHAELI MÜLLERIS,
DN. M. SAMUELI)

Illius Triboseensi emerito, & Patri: Huic Salinarum Mecl.
Pastori fidelissimo, & venerandi illius Patris Filio:
Dominis Affinibus meis honoratissimis.

Disputationem banc Biblicam, & quod illam aitollit, Propheticam
Isaianam, de incomparabilis quondam metropoleos Tyri funere pu-
blicaturus, Tibi illam, Vir Nobilissime, Domine ac Promotor ma-
gne; Vobisq; Viri Reverendi, & Clarissimi, Dorpini, Fautores ac Affines
exosculandi, dedicare constitui. Jussit id non inclita saltem Nobilitatis
Tue Virtus, & splendidi nominis ac stemmatis eminentia: Sed illa quoque
quam mihi aperuisti, intimioris admissionis & informationis Nobilissimo-
rum tuorum filiorum, janua; Unde tanto magis haud ingratam dedicati-
onem, estimare debui. Taceo famam Generosi vestri nominis, vel hoc ipso
immortalem, quod sacrorum Studiorum cultum ac patrocinium haec tenus
insigniter spectatum dederit. Jussit id propinquum, quod cum Rev. ve-
striis Dignitatibus mibi intercedit Affinitatis & amicitiae vinculum, ac per-
petuò mihi exhibita benevolentia. Accipite ergo Vir Generosi, itemq; Viri
Reverendi, humile dedicatum, & mihi meisq; studiis magni deinceps Pro-
motores, Præsidium ac Decus, cum toto nobilissimo Stemmate, & familia
laudatissima vivite felicissime. Quid voveo

Vestri Generosi Nominis
Vestrarumq; Rev. Dignitatum
Cultor FELIX FIDLERIUS, Rost. SS. Th. St.

ORATIO XII.

Concl. i.



Unt alii ex Rabbinis, qvibus hæc
Tyrus Isaiana est præsens Roma: Ita R.E-
leasar allegatus in Bresith m bba
כל צור שוכתוב ב תורה שלם בצור מרים-
הכתוב מרבר ואם חסר ברומי הכתוב
דבר i.e. ZOR scripta plenè (cum 1) est
ipsa urbs Tyrus: scripta sine 1 s. defectivè
est Roma. Cœterum, et si non nega-
mus, subesse arcanum, in illo, quod uti
de Tyro duplex in Ezechiele Pharascha, in qvarum una semper צר:
c. 26. ad v. 15. altera semper צוֹר à v. 15. ad f. c. 27. Ita de Domino
Tyri Pharascha una inscripta Principi semper habeat צר c. 28. ad
v. 11. altera inscripta Regi à v. 11. ad 20. semper צוֹר, in Maiâ nostro &
scribitur v. 1 & צוֹר v. 5. Ut alibi Roma Babel (non negante Bel-
larmino post Hieron. lib de Viris illustribus, in Marco, Babylonem
Petrinam i. Ep. 5.13. imò Apocalypticam c. 14.8. c. 16.19. c. 17.5. c. 18.
2. 10. 21. esse Roman: sed ne Casum Babylonis Apocalypticum de Ca-
su Rome. Papistice Velenus aliquis intelligat, distingvente inter
Romanam urbem & Rom. Ecclesiam, inter Romanam gentilem & Christia-
nam, & de illâ, non hâc, explicante casum Apocalypticum lib. 2. de
Rom. Pontif. c. 2.) ita Tyrum hîc, non Tyrum vetustam: sed Babylo-
nem mysticam, quæ primò per Evangelij prædicationem cecidit, inde seipsum
anathematismis suis sepelivit, h.e. communione Ecclesie exclusit, & ita
scortum derelictum esse caput, seu Romanam hodiernam Papisticam dicere,
vult Cocceus notis in Hoseam. Si qværatur quid juris de tali in-
terpretatione s. expositione? Respondemus, accommodationem illam
non laderem analogiam fidei, si subordinetur sensui literali, qui non est
nisi de Tyro vetere, illâ coronante gentium Dominâ, illâ idololatricâ, scor-
tationibus suis mercurialibus, potentia, opibus admirandâ, præ qvibus

Gg

casum

casuram se, quod erat in fatis & ore nostri Vatio, credere non potuit, nisi postquam jam cecidit (estimante illa supplicium impossibile, quamdiu erat invisibile) illa adeo dejecta & habente instar profibuli derelicti. Hæc singula rectè accommodari, talesq; accommodations intentioni Spiritus S. non repugnare facile concesserimus: an autem sint intentæ (prævisas enim, imò intentas) accommodations Typicas unius sensus literalis audientibus ad credendum significati sat multas, dubium nullum) definire haut habemus. Similis est illa Tertull. I. contra Marcionem de Babylone capite Imperii habente Nebucadnezarem persecutorem populi veteris Israelitici, adumbrante Romanum tempore Apostolorum & quæ caput Imperij & habentem Neronem persecutorem novi fæderis populi, crudelē, omniq; Nebucadnezare servorem, vel illa Bellarmini, ex sententiâ multorum, comparantis Ecclesiæ Græcam regno Samariae. I. tribuum, quæ separavit se ab Ecclesiâ Romanâ, veluti illud Samariæ regnum se separavit à vero templo & tandem in captivitatem perpetuam abductum est. I. 2. de Christo cap. 30. Fatemur anam Schismatis Ecclesiæ Græcanicæ datam & quæ in Repl. Romanâ per tyrannidem Unius affectata m̄q; superioritatem, prout olim in Concilio Rehabeami per durissimæ Despotiæ responsum publicatum jacta semina tribuum schismati: Coeterum sacrificatores illi, ritulorum osculatores Hos. 13. 2. magis etiam dantur in Judæa Romanâ, quam Græca Ephraimiticæ Ecclesiæ: & longè gravius illi supplicium, esse sub Antichristo sedente ēt τὸν ταῦτα θεοὺς & seipsum sub titulo Servi Serverum ostendente DEUM: 2. Thess. 2. 4. quam huic esse sub Turco.

Concl. 2. Manet I. Spiritus S. loquens per os Prophetarum (extra pauca quædam dicta, in quibus signati complexum objectivum expressè docet propositio N. T.) non intendit tunc plures sensus audientibus significare ad credendum, præter unius objecti certam & distinctam apprehensionem. 2. Spiritus S. sensus falsos & accommodations, fidei non analogas, prævidit quidem: sed ne quæquam intendit: imò etiam sensus & accommodations multas fidei analogas in illis dictis non intendit: uti contra intendit sensus & accommodations in multis dictis, quas non assequitur sensus

ORATIO XII.

235

sensus nostrarum mentalis. 3. Amplitudo conceptus divini & illud
 βάθος πλεύτερος καὶ οὐφίας καὶ γνώσεως θεῶς, non probat unius dicti
 plures sensus literales. DEUS non loquitur cum hominibus juxta
 mensuram sui conceptus: sed pro voluntate quanti, & juxta hu-
 manum concipiendi modum. 4. Accommodationes sive analo-
 giae rei ad rem, sive typicæ personarum, rerum, factorum, quales
 illæ i. Cor. 10. 6. 11. allegorica item expositiones Propheticæ, qua-
 rum in Scripturis, in primis N.T., datur fundamentum, à S. Spiritu
 sunt intentæ: ceteræ omnes incertæ, & siadant analogiam fidei,
 prohibitæ. 5. A quâdam convenientiâ facti concludere ad iden-
 titatem sensus à Spiritu S. in hoc vel illo textu prophetico, intenti,
 magnum periculum infert Scripturarum *βιβλίον τηλεοπτικόν*: neque adeò
 quædam analogia Romæ cum Characteribus veteris Tyri probat h̄c
 MASSA ROMANUM allegoricè descriptum, cum contra pro MASSA
 veteris Tyri, velut unico sensu literali, salvâ de cetero alicubi ac-
 commodatione typicâ, tûm politicâ, tûm Ecclesiasticâ Romanâ,
 singula militent commata Massa Zor.

Concl. 3. Fuit quæstio 1. de Tyro Isaiana. Quæritur 2. ubi
 dandum complementum hujus Massa? Resp. Non sub Sanheribo Assy-
 ria, ut illi 70. anni statuantur absoluti sub Hiskiâ (quod vult Abra-
 binel) quia illud repugnat historicè: neque absolvitur hoc Massa
 aliquâ *הַדְשֵׁלָה* s. diminutione mercatura Tyri: sed intimat toti me-
 tropoli excidium. Tyrus per 70. annos scortum derelictum, post
 illos, ad mercedes & mercaturæ veteris studia reversurum, ita tamen ut
 mercatura ejus consecretur Domino, non convenit Tyro sub Persarum
 imperio: bene autem sub Macedonico & tandem Romano.

Concl. 4. Probatur nobis h̄c idem quod olim magno no-
 stro Lutherò. Quia, inquit, Tyrus bis capta & vastata est, primò à
 Nabuchodonosore sicut est Ezech. 26. deinde ab Alexandro, puto eum de
 posteriore captivitate, que per Alexandrum facta est, logvi. Ostendit
 idem egregiè modum accommodationis Propheticæ quando ad
 v. 8. Sicut Tyrus non credens tecum eventura, perit subito: sic nec Papa
 credit se posse cadere: sic nec Turea: sed cadent utrique, sicut Tyrus ceci-
 dit. Sed & idem ad v. 17. Annorum numerus cum Babyloniam quidem
 Gg 2 captivitate

captivitate convenit: sed nos de Macedonibus accipimus: sic ad v. 13. Ego, inquit, intelligo de futuro regno Christi, quod & ipsa Tyrus convertenda est ad Dominum. Dicit igitur: postquam reversa fueris ad suas negotiationes, imminebit regnum Christi, quod Tyrus quoque amplectetur. Non abutentur opibus ad pompam & luxum, sicut antea: sed ad necessitatem & ad usum. Alent & juvabunt sanctos. Est magna commendatio Tyri.

Concl. 5. Qvaritur 3. An idem Massa Tyri apud Isaiam & Ezechielem? Resp. Nec ejusdem hostis, nec ejusdem urbis, nec ejusdem gradus vastitatis. Hic in primis Palætyri: ille Tyri renatae. Hic funus æternum: Ille non nisi LXX. annorum meminit. De cœtero probamus Abrabinelis Confessionem: הַכּוֹנָה הַכְּלָרָה בּוֹ פֶּרְשָׁה לִירֵר עַל־חֲרֵב צָרוֹ וּפְקוּדָתָה וּזְוֹרָתָה לְיוֹשָׁבוֹתָה אַחֲרָ שְׁבָיעָם

שְׁנָהi. e. Scopus generalis hujus Prophetie est, denunciare Tyro metropoli excidium, & post 70. annos restitutionem in integrum. Seilicet i. adusque v. 15. Tyri corporalis eversio describitur: inde usque ad finem, atque adeo in parte 2. ejusdem Tyri restitutio tum externa, corporalis, tum spiritualis prædictitur.

Concl. 6. Prophetia de Tyri eversione, hanc ipsam proponit adusque v. 8. Propositionem causarum expositione describit, adusque v. 14. & tandem concludit v. 15. Propositio Prophetie denunciat insum Tyro oboriturum, id est triplici apostrophâ, una directâ ad naves Tharsis v. 1. secundâ ad ipsam Tyrum insulam v. 2. 3. tertîâ directâ ad Sidonem Tyro vicinam, & alios admiratores Tyri à v. 4. ad v. 8. In primâ, luctus mercatoribus Africanis, Europais, Asiatis ex navigatione quæsum facientibus, denunciatur. In secundâ status Tyri felicia ante desolationem, & infelicitas post desolationem comparatur. Olim sc. Incolarum mercatorum negotiantium Vicinorum, Sidoniorum frequentia personuit, strepitus ubiq; ingens fuit: nunc profundum ibi silentium & tristis solitudo v. 2. antea Tyrum ex Aegypto foecundissimâ per exstagnantem Nilum magna frumenti copia, neque minor ex alijs mundi partibus advecta. Jam nihil tale Tyro contingit: sed est regio deserta v. 3. In tertîâ jubet Sidonem erubescere propter Tyri filia sua desolationem, quia se, facta ῥάπτη & orba, cum.

ORATIO XII.

237

cum antea tot gentium fuisset mater clarissima v. 4. qvia Calamitas erit tremenda etiam gentibus, æqvè ut fama cedus Ægypti v. 5. qvia ultabis Tyrus ignominiosè magnâ parte deportanda v. 7. Ita se habet ha-
stenus propositio adusque v. 8.

Concl. 7. Qværitur hic 4. Qværatio territorii in m. 2. primi? Resp. Continet propositionem concretam ex thesi & ratione generali: Naves Tharsis jubentur ejulare ob Tyrum ita vastatam, ut nec domus huic superfit, nec ullus adeò ad illam commeatut. Supponimus hic 1. הרישׁ cuius origo Gen. 10. 4. sc. nepos Japheti ex Javan, insigni pro dicendis argumento, vel mare mediterraneum, vel Africa vel uti Chald. שׁעינה כען השמים s. gemma coloris caerulei, uti Abeneth in Cant. e. 5. 14. ubi Syllabus gemmarum inscriptarum nominibus Patriarcharum videatur in Chaldeos: qui idem כרום ימן vocans Exod. 28. 20. & Ezech. 28. 13. ostendit huic Talassio gemmæ, à maritale nomen. Mari ergo significatum principalius post Autorem: sed non tam Oceani: quam magni illius sinus, quod Mare mediterraneum vocant in nostro Isaia c. 2. 16. c. 60. 9. Ps. 72. 10. Ita in Jonā c. 1. 3. c. 4. 2. Ubi Tarsum Cilicie, Patriam Pauli, quam intelligunt Batavi in notis, non probamus, si loci vel termini ad quem hic obtineat significatum, magis probaturi Africam, qvomo- הרישׁ העיר הנקרה חיזון בין do Abrabinel in Jonam: אנוותה הרישׁ טוניס טוניס i.e. Tharsis urbs est, quam Ismaelita bodiè vocant: Tunis. Ita Chaldaea, locū Jet. 10. 9. de argento מחרישׁ expressis de argento מאופיר s. Africano, & auro ophirino. ודרחבה מאופיר אפריקא. Tarsis ergo Chaldeo Africa & ibi & i. Reg. 22. 49. ubi Jhosaphat fecisse dicitur אנוותה הרישׁ s. naves Tarsis (decem numero ex scripto עשר colligunt Rabbini) quod Chaldaeus: L fecit naves Africanas ituras in Africam: neqve dubium quin ex mente Chaldaei זרנישׁ dicat Africam & 2. Chron. 20. 36. 37. & 2. Chr. 9. 21. & ita navigatio Ophirina sub Salomone feliciter expedita, sub Jhosaphato destinata qvidem: sed impedita, fuisset Africana, atqve adeò Ophir, idemq; Upbas non dandum in Americâ ejusq; regione Peru & Hispaniolâ s. Insulâ s. Dominici (Peru enim nec ab

Gg. 3

אופיר

נָפְרִים אַפְרִים, nec probat geminum Peru, qvam regionis appellatio-
nem ante Hispanos insolitam, ab his, occasione Americani Piscato-
ris inditam, ex Garcâ Lasso Inga, ex Ingârum Peruanorum sanguine
regio refert Johannes de Pineda Tom. 2. comm. in Job. p. 18) sed in A-
fricâ. Omnia licet hoc loco, Africam & Punicas naves, qvæ tunc
dominium in mari mediterraneo habebant, non excludamus, vocem
tamen in suppositione Maris mediterranei accipimus. 2. אֲנוֹתָן רְשִׁישׁ
נָהָרִי סְפָרִי יְמָא l. naves Tharsis. benè Chald. l. die auf
den Schiffen des mittelländischen Meers fahren. Ratio ejulatus benè
expressa à Lutherô: Tyrus ist zerstört (סִבְיוֹן) daß sein Haus da ist
(סִבְאֵן) noch niemand dahin gehe (vel) daß keine Schiffer des Meers
mehr dahin kommen es wird aller Kauffhandel mit Tyro gelegen seyn.

Concl. 8. Sed qvid illud נֶגֶלָה לְטוּ מַרְאֵץ כְּתִים נֶגֶלָה? Luth.
noster: Auf dem Lande Chittim werden sie des gewar werden. Qværitur
adeò 5. qvorsum illud לְטוּ? Resp. non ad הרישׁוֹן; sed ad צָוָר.
Errat adeò Raschi ita resolvens מַרְאֵץ כְּתִים נֶגֶלָה לְאַנְשֵׁי תְּרִישׁ
שור של צור שברחו בני צור אל הַכְּתוּם וּמִשְׁמַחְכָּת

הַשְׁמוּעָת i. e. ex terra Chittim revelata est illis, qui ad mare medi-
terr. habitant devastatio Tyri, confugientibus sc. Tyriis ad Cittaeos, unde
exivit amplius fama, qvem Rabbinum seqvitur Belgica Versio:
het sal den Schippers ende Kooplieden uyt den Lande Chittim
openbaer worden. Qvært. 6. qvæ terra כְּרוּם l. Cutæorum?
Resp. pro Româ vel גְּדוּמִים concludunt Rabbini celebriores &
hic multa habent de foedere Babylonie bellico cum Romanis: sed
sine teste. Malimush l. pro Macedonia, vel Gracia maritima, Gen.
10. 4. Qværitur 7. Qualis hic revelatio notetur in verbo נֶגֶלָה?
Resp. וְ & הַשְׁרָר l. Vastitatis & Vastatoris: eademq; non histo-
rica: sed experimentalis, ipsi Tyro passionalis & funeralis. Licet
tunc non ex Macedonia: sed Syriâ processerit ad obsidionem Ty-
ri, Classem tamen 180. navium in duo divisam cornua, qvorum levum
Pythagoras Rex Cyprî: dexterum Alexander quinqverem regia vectus tu-
ebatur, contra Tyrum habuit ex Macedonia, & inde Græcorum mi-
litum ingens supplementum. Satis, & mari terrâq; Tyrum oppu-
gnatam

gnatam & expugnatam à Macedonibus. Lutherus de Alex. M. & Macedonibus explicans, in notis haut improbat. Classem 180. navi-
um, & Grecos milites habuit inde Alexander, et si non inde: sed Syria
movit ipse contra Tyrum.

Concl. 9. Qvaritur 8. qvæ ratio positus in v. 2.? Resp. נִ
Inſula h̄ic una Tyri insulana, æqve, prout in v. 4. una Sidon, ac si esset
v. 2. צָרְנֵי בֶּן־צָוֹחַ Oppositio datur status Tyri
floride & desolatæ ibi sc. Mercatores Sidonis מַלְאָקָר imploverunt te
Tyrum, ut ita in te fuerit cætus personans Mercatorum, strepitus ingens:
ac nunc מִשְׁׁלֵךְ triste silentium & solitudo. Vocem ipsam esse נִשְׁׁלֵךְ
שׁוֹקָה וּדְרֵךְ אֲכֻלָּתְךָ restè notatur à Rabbinis. Erravit Abrabi-
ne interpretatus de Sympathia insularum maris: reclamat posi-
tus: sed & accentuatio. Vox נִ in formâ imperativâ est, at-
que adeò silentium triste non indicatur: sed imperatur in formâ: quo-
niam tn. tales imperativi divini sunt infallibilis futuritionis, licebit fa-
cile resolvere in tempus futurum ut adeò reddatur. Seyd stille ih̄e
Einwohner der Insul (sey still Tyrus i. e. du antike fröhliche und für Viel-
heit deiner Kaufleute rauschende Stadt / wirst gar wüst / traurig und still
sehn) die Kaufleute zu Zidon / die durchs Meer zogen / sülleten dich. (Aber/
nummehr anstat solcher fröhlichen Fülle / sey verlassen und stille. O Tyrus)

Concl. 10. Qvaritur 9. qvæ ratio v. 3.? Resp. Summa ejus:
Tyrus penuarium habet Ægyptum neque solam Ægyptum: sed est Empo-
rium gentium. Illæ מִם־רַבִּים non maris: sed Nili fluminis: ne-
que Tavtologia in m. i. sed reddendum: Postquam in aqua multis
fuit sementis Sichor, messis rivi (s. Nili derivati, in multos alveos de-
ducti) fuit proventus ejus Tyri sc. נִ נִ h̄ic fluvij Ægyptiaci in latere
Ægypti Cananeo, nomen, vid. Jer. 2. 17. Jos. 13. 13. Num. 34. 5. Gen. 15.
18. æqvæ ut נִ נִ, ut ita & sementis & messis copuletur cum rivi Ægy-
pti: Ratio ex historiâ Nili, pluvia loco fecundantis Ægyptum &
sementem messiemq; Ægypto benedictam conciliantis, de quo
plusculavid. supra ad c. 19. in Massa Ægypti. Qvaritur 10. Qvæ
ratio Zidonis in v. 4.? Resp. Erat Zidon & vicina & metropolis
Tyri: unde specialis hæc Apostropha ad Zidonem vid. sup. Con-
clus. 6. Porro ut נִ in v. 2. implicabat planctum; ita & בְּשִׁירֵךְ

in v. 4.

in v. 4. ac si esset בּוֹשׁ וְהַחֲבֵלִי צִדְוָן. Qvar. ii. An מִזְרָח ipsum mare, an Tyrus, ita, ut si reddendum: Das Meer (die an der See gelegene Stadt Tyrus) ja die Festen am Meer (die mächtige/ feste Seestadt Tyrus) spriche? an Insulae Maris? Resp. Aff. i. Repræsentatur ipsum mare eloquens, quid pro se Tyrus desolata dicere potuerit sc. se olim Matrem tot gentium, parturisse, peperisse, enutritisse & educasse Adolescentes & Virgines: nunc deserunt nihil horum facere: vel, juxta Jonathanem, hic esset Optatus Tyri, optantis se nunquam peperisse, vel sobolem enutritisse, eo modo, quo Salvator testatus est filiabus Jerusalem Luc. 23. 29. Tyrus ergo danda non in מִזְרָח: sed tantum in מִזְרָח. Qvar. 12. An in v. 5. sic positus comparativus, ita ut atque Ägyptus se habeat objectivè & passivè in m. i. ac Tyrus in m. 2. an positus simpliciter indicativus, ita ut Ägyptus se habeat subjectivè, ut audiens, non ut de qua auditur tristè nuncium? Resp. Aff. i. Subjectum implicatur: יְהוָה impersonaliter explicandum: atque ita jam resolvendum: בְּשָׁמֶן פְּאָרִים (qvondam sc.) בְּשָׁמֶן fama de Tyro, habebit planè se ut fama de Ägypto: atque uti ad hanc indaluere qvondam numerosi populi vid. Exod 15. 14. 15. & ibidem nota illud דָּרֵל אַרְצָה: ita ad famam Tyri vastate. יְהוָה. Ägyptus in protasi: Tyrus danda in apodosi. Erronea ergo versio: Wenn das Geschrei von Tyros aufkommen wird / alsdann wird Ägypten erschrecken. Anteferendus Lutherus.

Concl. i. Qvaritur 13. Quæ Insula s. N in v. 6.? Resp. eadem qvæ v. 2. nec obslat Tharsis hic Africam potius, quam illum Ciliciae Tarsum interpretari. Qvaritur 14. An in v. 6. probanda versio Belgica: Is dit uwe vrolicke huppelende Stadt/ welcker Oudtheyt welvan onde Dagenaff is/maer hare eige- ne Voeten sullen verre wech draghen / om in vreemdelinghschap te verkeeren: Resp. male ordinatam illam ostendit accentuatio. Ponendus fuisset Atnach in voce קַרְמָחָה: nunc in Pascha post Atnach sensum plenum antecedenter fluentem ultra Atnach distingvere, sine exemplo est: & quantum hic intersit ad hujus autoritatem vindicandam, vel unum docet exemplum Sach. ult. 18. An ergo probanda Versio est, qvæ in edie. Vatabli: Numquid bac

Hec est vobis urbs exultans? à diebus (quidem) antiquis est antiquitas ejus: sed ducent eam pedes ejus longè ad peregrinandum? Resp. Erratum in Regibus accentibus, *Pashat Sakephkaton*, quorum ille huic sequenti se suasq; voces & harum sensum subjicit: hic autem, quicquid ha-
stenus præcedit, in suo territorio distinguit. Dandus fuisse *Sa-kephkaton primus in voce קרמלה*. Sic secundus respexisset conse-
quenter, & vinceret illa Versio. Reddendum: Ist das ewig Ju-
bel-Stadt? welche von den ersten Tagen ihres urholien Zustandes ihre Füsse
(ihr unablässige Arbeit/Mühe Fleiß/Rennen und Laufen) also fortgeholt-
sen haben (einen so großen Zusatz von Menschen gebracht haben) daß auch
von ferne (von den weiten allermeist abgelegenen Distanz) man sich dahin
(des Rauchhandels halber ein Zeitlang) aufzuhalten begeben.

Concl. 12. Fuit haec tenus propositio MASSA. Seqvitur Con-
firmatio etiologica. Objici, per enthememata saltem, poterat: *incre-
dibile, urbem tantam, tam opib; gloriā, potentia, tam civium, mercatorum
in primis frequenti à floridissimam, urbem antiquam coronatam, alias gen-
tes coronaneam, multorum regnum parentem, alias Reginam, in
quā cernere licet tot Principes, quot Mercatores, tot illustres, quot in-
spitores, tam horrendo peritum supplicio?* occupat ergo Propheta
& sibi ipsi respondens causam principalem efficientem exponit
v. 9. Deducitur sc. illud supplicium Tyri, ex solo liberrimo Consilio seu
decreto cœlesti JHOVAH ZBAOTH, velut DEI fortis, & vindictis in hostes
suos excandescens (*לְקָנָה וּנְקָם וּבָעֵל חַמְתָּא* vid. Nach c. i. 2. 3.)
eius Consilii providentia Vindicatrix, finis à DEO intentus, expri-
mitur in memb. 2. v. 9. sc. ut Tyrus delicata, magnifica, superba siat
abjecta, velut res sordida & profana: atque ita DEUS ostendatur
טוֹחֶל גָּדוֹן כָּל צָבָא: antea habebat Grandes: nunc autem DEO
puniente, illi facti mancipio viliores. Pater autem ex hoc exem-
plio: *Mala pœna (ad quæ pertinent regnum & Reburnpublica-
rum funera) non esse extra providentiam DEI, à cuius decreto positivè
illa passim deducuntur Isaia 45.7. Amos 3.6. Hos. 13.9. & quæ uti
afflictiva Israelis Thren. 3.36. 37.38. neque vero decretum tale etsi
liberum, propterea est absolutum.* Propheta hic non tacet im-
inductivum divinum. Inde ergo rapidè transit terras suas Tyrus filia
Hh
Maris,

Maris, ad instar rapidi fluminis, & nullum amplius illi Cingulum s. nulla Politia, Imperium, Regnum: & licet posteris seculis renata sensim, Cingulum tamen s. maiestatem regiam independentem, ipsumq; Imperium prout antea habuit, nunquam recepit. Ita Tyrus sine cingulo, sine firmamento v. 10. (vid. Job. 12. 18. 21. c. 40. 2.) Cinguli sc usus tum ut ad labores pace belloq; subeundos expeditum redederetur in habitu laxiore corpus, tum peculiaris ejus in bello usus: sed & inter ornamenta cingulum. vid. de 1. Exod. 12. 11. Ephes. 6. 14. de 2. 2. Reg. 3. 21. 2. Sam. 20. 8. de 3. Jes. 3. 24.

*Concl. 13. Decretum illud seu Consilium hactenus fundavit in voluntate: nunc legitima potentiam divinam. Nihil quidem vult & facit DEUS, quod non potest: at potest multa, quæ certis de causis nec vult, nec facit. Licet ergo post Consilium coeleste creditum, de potentia DEI nemo dubitare possit, licebat tamen hanc post illud in actu exercito legitimare, & per hanc illud tantò vehementius persuadere. Qvod sc. possit, demonstrat v. 11. exemplis 1. Miraculi Exodici & submersi in maricūm Pharaone Exercitus Ægyptiaci (territorio 1.) 2. Commororum potentè regnorum mundi, tum per illam famam Ægypti, tum per stupenda Israelis intrantis, cum gentibus bella, & harum excidia (ibid. terr. 2.) idem JHOVAH. *Autor est illius decreti, quod ad Canaanem (sc. Tyrum filiam Zidonis, ipsiusq; adeo antiquissimi Canaanis Gen. 10. 15. eandemq; vel ipsa Mercatorum suorum frequentia verè Canaanam vid. Hos. 12. 7. & sup. v. 8. & regioni Canaanæ vicinam) attinet sc. de desolatis munimentis, s. fortitudinis ejus (v. 11. m. 2.)**

Concl. 14. Allegaverat Propheta v. 11. Imperativum divinum חִזְקֵיָהוּ ipse JHOVAH precepit (quod quidem סִבְרַת diuinum aliter se habere in exemplis malis culpe, ubi intentum divinum non ad ipsum actum: sed ad ordinationes, moderationes divinas circa malas actiones referendum: aliter in malis pœnae, aliter in exemplis afflictive vid. de 1. 2. Sam. 16, 10; 11. de 2. hoc loco de 3. Thren. 3. 37. alibi docetur) nunc Imperativum illum Consilii coelestis sub signo dicitur. רְמָנָיו revelat v. 12. & in illo dicto proponit exemplum 3. Vastationis Terra Chaldeorum v. 13. Coeterum hic queritur 14. An in

v. 12. Virgo

ORATIO XII.

243

v. 12. *Virgo filia Sidon denominet Tyrum, an Sidona?* Resp. Aff. prius ex relatione illius ad thema propheticum, quod est צְרָבָה, contra Abrabinelem. Qværitur 15. an probanda distinctio in v. 12. Der Herr spricht: Du solt nicht mehr stolich seyn du geschändete Jungfrau du Tochter Sidon. Vel, uti Batavi: Ghy en sylt niet meer vroolich huppelen / Oghy verdrückte Magt / ghy Dochter Sidons. Resp. reclamat Atnach, & Rvia in Sidon subordinandus seqventi territoriali. Qvær. 16. An Cittim ponatur subiectivè, velut hostis Tyri, jussus hic accungi ad desolandom Tyrum, et si non hanc solam: sed ut post illam superatam plus ultra? an terminativè, ita ut ipsa *Virgo filia Zidonis*, sed jam vim passa representetur frustra maria per transire in Cittim migrare, ibidem ic. quam domi non inveniebat, questionem quietem: sed non inventura? Resp. Prius noster Luthorus & in glossa Batavi, ita ut hic Oratio formalis ad Alexanderum Macedonem. *O Cittim mach dich auf und zeuch fort denn du must da nicht bleiben.* Scil. adhuc debellanda Babylonia, Persia, Media: Coeterum falsa hypothesis de *Virgine filia Zidonis* violentiam passare relata ad membrum i. positus præterea subjectivus, particula וְ, & status illius Tyri virginis, quando ad illam venit Alexander Macedo, jubent nos concludere pro posteriori. In כְּחִים magno consensu Italiam ipsosq; Romanos includunt Rabbini: neque necesse amplissimum & multarum gentium titulum, ubique ad Macedonas referre.

Concl. 15. Qvær. 17. An v. 13. sit Oratio divina ad Alexandrum ita ut jubeatur post devictam Tyrum ire in terram Chaldaeorum, ipsamq; Babyloniam & ultra debellare? Resp. Neg. Supponitur in v. præced. כְּחִים esse subjectum illorum prædicatorum עֲבֹרִי קָוֵם. At ilud esse Tyrum, בַּתְּרוּתָה כִּי צִדְקוֹן, jam supra monitum. Allegatur hic terra Chaldaeorum, seu desolatio & Assyriaca & Babylonica, ut exemplum majestatis DEI Vindicatrixis, quod antecedere debebat excidium Tyri Alexandrinum: ut sit talis illatio: D E I S eminentissimam nunc Monarchiam & Assyriacam per Babylonios; & Babyloniam per Persas devastabit & ponet in ruinam. Ergo non obstat splendor & gloria Tyri suo quendam lamentabili funeri. Terra autem Chaldeorum

Hh 2

deorum

deorum non *Affyrie* meminit, qvia tunc paulò ante orta fuerat Dynastia nova Babyloniorum, & excussis *Affyriis* novi primò Babylonis Urbis, inde totius Chaldææ s. Babyloniam regionis, & (viliſſcente ſenſim post infeliciem Sancheribi expeditionem *Affyriorum* Regum potestate) magnæ *Affyriatum* partis, & noviſſime totius Imperii Domini ſucceſſerant: qyos inter eminuere Chaldæa Regiāq; nomina נָבָּנָאָסָר Nabonassar, item מְרֹדָךְ Merodach, & post Prophetæ tempora, famoſior Anteceſſoribus *Nabopollasar*, cuius æra celeberrima. Nec dubium, qvin illi, excussis *Affyriis* Regibus, Babylonem urbem ipsamq; Chaldeam, (cui communis qvondam Parens cum *Affyriâ* ejusq; metropoli Nineve Aschur sc̄ fuerat, qvi ab humilibus initii oris, occaſione fluviorum יְתִדֵּה לְצִוִּים i.e. fundavit eam navibus s. fecit ut barbari deſertorum vicinorum incole navigiorum occaſione (אַבְּנָה שָׁמֶן) uterentur ad ſpolia hinc inde agenda, & ita Chaldææ habitandæ darent initia) tunc contra potentiam *Affyriæ* Regum extructis peculis, turribus, propugnatulis, palatiis, muniverint, & post cladem Sancheribi in montibus sanctis, (qvam unà cum sanitate gratulatum, misit Merodach Rex Babylonius Legatos ad Hiskiam Isa. 39. 1.) fines ſui imperii in ipsam usque *Affyriam* inſigniter amplificaverint.

Concl. 16. Hoc igitur est qvod meminuit in m. z. קָרְבָּנוּ בְּחַדְּכֵי שְׁרוּ אִימְנוּתָה Vatabl. illos actus diſjungens, (ita ut ſint oppoſiti & primus pertineat ad architectonicam illam *Affuris* in m. n. alter ad ejusdem ruinam, ut interpretatio sit: *Affur* qvidem eam fundavit navibus, ipſig; *Affyrii* erexerunt arces illius: Cæterum (Chaldæi) contriverunt (fregerunt, deſtruixerunt) aedes ejus (Rex Chaldaeorum) poſuit illam in ruinam) & peccavit in accentum Rvia vocis כְּחַדְּכֵי & in ſignificationem vocis שְׁרוּ: poterat etiam terra Chaldaeorum meminiffe, cujus paulò post eminere toto orbe debebat imperium, & è qvâ terrâ prodire debebat primum funus Tyri per Babylonium Nēbucadnezarem, ut ex clade imperialis de bellatrixis futuræ Palætyri agnoverent ſe ſub eadem cœleſti potentiâ. Errant, qvi Chaldeam ita ponunt ſubjectum in territorio z. ſeu poſitu שְׁמָה לְפָלָה, prout in primo, ſive uponant Chaldaum deſtructorem ſui p̄fus, ſive ne affixum

affixum in **שָׁמַחַת** ad **הַבְּלִי** qvod nullum extat, reflectatur: contra uti
in *predicari*: ita in *subjectis* datur *disparatio*. *Actus architectonicus*
specularum & palatorum conjunguntur sub uno territoriali: *actus de-*
structivus discernitur & eidem opponitur: *Licet illi (populus ille)*
erigant arces (speculas) excident palatia: *nihilominus ponet (imper-*
sonaliter hæc vox explicanda, ita tamen ut sit **הַקְבֵּה illam**
(*terram Chaldeorum* s. *ponetur illa*) *in ruinam (DELLS per novos ho-*
stes perdet iterum surgentem nunc Babyloniam: & qvidem **לְפָנֶיהָ**
הַעוֹלָם וְלְחַרְבֵּן הַאֲמֹתָה. Additur in v. 14. *Epiphonema ejuleum*, quo
uti incepérat (v. 1) ita hīc ob-signat partem *Prophetiae primam*. *Tyrus*
firmanentum navium mediterranei maris est desolanda. Ergo *ejus-*
late naves Tharsis.

Concl. 17. Succedit pars altera, de *Emendatione temporum* s.
Tyri restituzione, cum se quæla *Consecrationis*, seu ut *Tyrus conversa con-*
secratur Domino. *Promissio externa restitutio*ni constat. *Charactere*
Chronologico 70. *annorum*. Erit sc. illo ipso tempore: ut *Tyrus ob-*
livioni tradatur (ineolis, navibus, mercatoribus nullis eò comme-
antibus, planè despœcta, neglecta & obliuione sepulta) 70. annis,
scuti sunt dies unius Regis (*tanto temporis spatio, quantum Rex*
quispiam vivendo potest attingere: ceterum à fine 70. annorum
futurum erit Tyro veluti canticum meretricis (sicut meretrix blandissi-
mā *Musica* inescat amatores: ita *Tyrus rediviva, missis hinc inde*
literis, aliisq; emissariis, blandissimis persuationibus, concessis eti-
am juribus liberalis mercaturæ, invitabit, convocabit mercatores,
ut ad exercendas apud se negotiations confluant, ut ita surget de
funere *Tyrus*, atqve hoc imperat *Apostropha ἀληθερωμένη* v. 16.
in quā nihil obseurum. Jubetur *Tyrus*, ad memoriale sibi conci-
liandum, & nomen *Emporii* vetus recuperandum, elegantí *Svadā*
& freqventi blandaq; amatores convocare *Musica*. *Spiritualis*
Tyri exendatio supponit statum *Tyri restitutæ corporalitè* v. 17.
qui ne artibus *Musicis & Svadæ Tyriorum* blanda adscribatur, à
superiori autoritate deducitur, eoq; supposito formaliter descri-
bitur v. 18. Summa: *Exactus illis 70. annis ex speciali & grati sà visi-*
tione Jherobab restituetur Tyrus, s. *ponetur in tali statu*, ut cum omnibus

Hh 3

regno

*regni terre illi communio commerciorum (quæ quoad Substantiam ipsamque reg*is* divinam nequaquam culpanda, per a*rg*entias luxus, avaritiae, stolidæ in opibus fiduciaæ degenerat in scortationem si in Mauuorâ propria dominica vid. Luc. 16. 9.) intercedat : Ceterum Tyrus opes mercesque suas consecrabit Domino & Ecclesiæ.*

Concl. 18. Quæritur ergo 18. quæ ratio dierum Regis unius s.
מלך אחר in v. 15. & quis ille ? Resp. Juxta antecessores Rabbinos (vid. Raschi & Abrabinel in h. l.) notaretur David Rex & primus, & à DEO ipso electus, & à tribu Iuda, & totius Israe-
lis & Regum aliorum orbis: sed addit Raschi: אָנֹי יְהוָה מֶלֶךְ הַכּוֹן אֲנֵן
חֹזֵק הַמְּרוֹן אֲנֵן i.e. Ego ignoro, quid subsit rationis, ut hoc loco
tale detur Symbolum? Igitur Kimchi rationem ponit in fœdere &
fraternitate Davidis & Chiramii, quod fœdus post tempora Salomo-
nis fractum à Tyriis, unde illa poena Tyri, ut tot annos fœdeat de-
solata, quot fuerant Regis quondam confederati Davidis, &
ita agnosceret, se reatum fracti fœderis sustinere, & pro illo
luere: allegat etiam Abrabinel, de proportione 7. mensum per quos
sub signis Davidis Joab excidit Edomeos masculos ex 1. Reg. ii. 16. & 70.
annorum Tyri desolata. Aben-Esra autem fundamentum ponit in
Nbucadnezare Babylonico s. capite colossi aureo, vel annis Baby-
lonis Monarchicis, qui fuerunt, jam inde à 26. anno enthronismi
Nabopollasari si computatio procedat, 70. anni, iidemq; ca-
ptivitatis Babylonicae. Abrabinel autem intelligit Regem Tyri,
qui in illo 70. annorum intervallo regnaverit, et si humiliore conditione
pra Antecessoribus, & qui post 70. illos annos successerunt. Nos
in Septuagenario quidem respectum ad annos captivitatis Judaicæ
Babylonicos facile concedimus. At individuum aliquod cer-
tum Regis insinuari, haut putamus: vel sit tale quod dandum, præ-
valerer Chiramus vel aliquis ejus Successor Rex Tyri. Kimchiana
illa parum roboris: illa autem Abrabinelis prima falsò citavit:
cum in fontibus non reperiuntur שְׁבָעָה חֲדִשָּׁם: sed שְׁשָׁת
חֲרִשִׁים: Secunda autem ejusdem ex falsâ hypothesi procedit, sc.
hic saltem aliquam וְקַלְוִין s. diminutionem status Tyriorum
notari,

notari, non tale excidium quale vel sub Babylonio, vel sub Alexandro de quâ vid. supra. Abenesra autem quia hîc non anni integri Monarchia: sed unius Regis memorantur, non satisfacit: Neque opus ut Rex unus, hîc sit Rex primus, & ita (ex Colosso-Danielis) Babylonius: neque probantur illi 70. anni, nisi detur illum fuisse 27. annorum, quando factus à Patre consors imperii.

Concl. 19: Qvær. 19: Ubi complementum restitutionis illius spiritu-
alis qvæ notatur v. ult.? Resp: Abrabinel dat sub Chiskiâ post cladem Sancheribi angelicam: cœterum ita septuaginta illi anni inciperent 57. annis ante Chiskiam: & si clades illata Tyro obvenit his à Sancheribô, tot annis ante Hiskiam dandus jam esset Sancheribus, qvod absurdum historicum, uti & illud, Tyrum id passam esse à Sancheribô, qvod hoc capire memoratur. Nos illud damus partim sub Ecclesiâ Judaicâ per novissima V. T. tempora, partim in Ecclesiâ N. T. manifestato Tyriis qvoqve Messiâ, atque adeò in Tyro conversâ s. Christianâ. Sensus simplex: Tyrum illam renatam & ad qvæstum reversuram negotiationem, mercedemq; (qvæ qvoniam annexam ut plurimum mæcum habet, Μαρμωνά ἀδικού ἀ Salvatore vocatur, consecraturam Domino, & propter hanc consecrationem non recondituram illas opes, in thesaurariis, non reposituram in arcis suis, non spem posituram Τὴν τιλέτην ἀδηλότην: sed futuros illos εὐμετάρτες, πειρώνες, divites in operibus: facturos sibi Amicos τὸν Μαρμωνά τὸν ἀδικού, & futuros θυσισταῖς τοὺς εἰσθίες δεμέλιον ἀλλὰ εἰς τὸ μέλλον, ἵνα οὐπλάσων την ζωὴν αἰώνια, planè ex Consilio Christi Luc. 16. 9 & Apostoli n Tim. 6. 17.

Concl. 20: Effectus formalis illius consecrationis exprimitur in m. 2. sc. thesauri, Tyri renata cedent habitantibus coram JHOVAB, cedent Apostolis, aliisq; Ecclesiæ Doctoribus, cedent Confessoribus & esurientibus ac nudis JESU fratribus, ut illi inde saturentur, hi durabilitè vestiantur s. ad edendum adusq; saturitatem, & ut sit operculum robustum (durabile, firmum, honoratum) in vocibus יְהוָה וְיַעֲזֵר notari templum primum, & thesaurem sacrum seu אֹזֶר בִּירֵת הַחֲסֹן vel בִּירֵת הַמִּקְרָב ut sensus sit: *Dona illa,*

248 PARTIS II. ISAIAE ORATIO XII.

q̄e m̄ittet Tyrus ad Chiekiā non recondenda in thesaurio Hierosolymitano: sed cessura Sacerdotibus, & cibāndis inde & vestiūdī honorificē, ponit Abrabinel: sed ex hypothēsi falsā, & sine fundamento. A thesaurario ad thesaurūm templi est à genere ad certam speciem argumentari. Fatemur facile illum casum Tyri, q̄i hoc capite memoratur non esse מִפְלָה מַוחְלָתָה וְלֹא עִלּוֹמָה. I. absolum & infinitum: sed saltē 70. annorum: at exinde negare hic excidium Tyri prædicti, vitium habet consequentia. Abenestrā sub Persis post redditum ex Babylone, ponens hanc sanctitatem Tyri, repugnat historiæ. Omnidē idem hic memoratur à Isaiah, q̄od alibi David Ps. 87. 4. derenat à Tyre, Sionis illius, cuius portas diligat JHOVAH, & in qua non nisi glorioſa erant per Apostolos predicanda, filiā: ut ita manifestandus in nubibus Filius hominis inter stantes à dextris Matt. 25. 35. etiam viſarūs sit Tyrios, q̄ibūs acclamaturus: Esurivi & dedistis mihi cibūm, מִכְסָה שְׁזֶק: Nupus fui & amicivisti me רְשֵׁבָעָה: & ubi occupabitur: DOMINE, quando vidimus te esurientem & nudum? Respondebitur: Cibavisti, amicivisti me in fratribus, & ita impletum illud Prophetæ: לְיוֹשְׁבִים לְפָנֵי יְהוָה יוֹזֵה כְּחַדָּה. Deneñ die für dem H̄Errn wohnen wird ihr Rauffgut zum besten kommen, daß sie essen und satt werden/ und wolbefleidet seyn.

Concl. 21. Ita h̄ic Massa Tyri: sed non quale sub Babylonio: de q̄o Ezech. c. 26. 14. Ich will dich Tyrum zu einem wüsten Steinhaufen machen/ und zu einen Werth/ darauf man die Fischgarn aufspannen: Du sole nimmermehr gebawet werden. Hæc certè dicunt הרבענה החרטויִת וְהַכְלָרִת I. desolationem Tyri absolutam & ultimatum: at, non negante Rabbino Abr. hæc loquuntur de calu Tyri-Babylonico. Ergo tale קרל וְחַלְטֵי potius datur in Babylonico, q̄vam Alexandria excidio, post q̄od Tyrus eadem surrexit late renata. Ita ergo dum descendit Tyrus in sepulcrum, DEUS dat decus & gloriam in terra viventium vid. Ezech. 26. 20. Ich will dich Tyrus hinunterstossen zu den Todeñ: aber eine liebliche Herrlichkeit segen im Lande der Lebendigen. Conf. ibid. versio Lutheri, & q̄oad membra z. inquiratur an sit consona fontibus.

*Ad Eximium
pietate, modestia & eruditione Juvenem*
D N. FELICEM FIDLERUM,
Responsum

in Scholâ Isaianâ publicâ

D E M A S S A T Y R I.

FELIX, FIDLERI venerandi germen Amici
FELIX, siliceat, qvâ præit ille, seqvi
Bella Tyro qvondam celebri surgentia dicis
(Hæc fuerant summi bella tremenda D EI)

O utinam noster sua funera disceret orbis
Irati dudum Naminis esse faces.

Qvicqviā habet celsum, blandum, admirabile mundus
Una olim tenuit, Vate sonante, Tyrus

Utpq; Tyrus cecidit, dudumq; est facta cadaver.

Sic splendor mundi, mundus & ipse, cadet.

Celerr. honori & amori erga Dn. Responsum

quod debuit expressit

Augustus Varenius, D.

Ad Nob. & Eruditiss.

D N. R E S P O N S U R U M:

STemma suis auctum Virtutibus alius ipso,
Crede mihi, caelo est. **E S A I A N U S** eras.

Cum benedictione & multâ ad Scholam Pro-
pheticam salute ser.

Bernh. Gosman, D.

Maxima qvæque cadunt, contrâ qvæ vilia sorgunt,
Urbs fuit ampla Tyrus, nec minor ipsa Sidon.
Utraqve sed periit, vestigia nulla supersunt;

Et clarent hodiè, qvæ jacuere diu.

Res mundi alternant, stabili nec lege cohærent,
Positus ex celso nunc ruit ille loco.

Et placet hoc studium, **FELIX FIDLERE**, quod offers
Varro, **VARENIO** Praeclaro Theologo;

Magde

Macte istoc studio, rebus conjungito verba:

Ultrò Philosophi præmia justa dabunt.

In honorem, & singularem benevolentiam, optimi &

Doctissimi Juvenis, hac pauca felicis ominis

ergo apponere volui

Christianus Woldenbergius, Crempâ-Holsatus,

Phil. J. U. D. & Græc. L. P. P.

Prædictit, felix Tyrus ut, fore, desinat esse,
Amosides, & ei celebris contermina Sidon.
At fore formatâ gentem tamen urbe Piòrum
Rursus ad integras antiquæ lucis honoris.
Hujus materiae partem de ponte Cathedræ
Defendis doctè, FIDLERE, quid inde reportas?
Felicem famam tanti studiiq; bravium.

M. Henricus Amselius.

SEDULITAS, per Anagr. **TU EDIS SAL.**

Ad Praestantiss. DN. FELICEM FIDLERUM,

S. S. Th. & Phil. Studios. maximè sedulum,
denuò disputantem.

SEdulitate Salem nobis FIDLERE colende,
Acquirimus Sapientia.
Si quem Sedulitas fugit, huic in corpore toto
Non mica praesens est Salis.
Tu quia Sedulitate pià tua jugiter urges,
Edis Salem Sapientiae.
Sia felix nimium, sapiens sis atque beatus,
Bono precamur omne!

Properiter f.

M. Andreas Daniel Habichthorst

Bützov. Meckl. P. L. C.

Dicier is felix meruit, qui Victor ovavit:

Cum vinces talis nomine req̄ clues.

Im Nobilissimo ac Praclaro DN. FELICI FIDLEO,

Amico amicissimo applaudit

Nicolaus Botius.

*Ad Eximium
pietate, modestiâ & eruditione F*
D.N. FELICEM FID

Responsum
in Scholâ Isaianâ publ.
DE MASSA TY

FELIX, FIDLERI venerandi german
FELIX, si licet, quæ prætit ille
Bella Tyro quondam celebri surgentia dic
(Hæc fuerant summi bella tremenda
O utinam noster sua funera disceret orbis
Irati dudum Numinis esse faces.
Qvicquid habet celsum, blandum, adm
Una olim tenuit, Vate sonante,
Utq; Tyrus cecidit, dudumq; est facta c
Sic splendor mundi, mundus &
Celerr. honori^s amoris
qvod debet
Augu

Ad Nob. & Eruditiss.
D.N. RESPONSU

Stemma suis auctum. *V*irtutibus aliis i
Crede mihi, caelo est. *E S A I A*
Cum benedictione & mu
pheticam sa
Be

Maxima qvæque cadunt, contrà qvæ v
Urbs fuit ampla Tyrus, nec mi
Utraqve sed periit, vestigia nulla super
Et claret hodiè, qvæ jacuère d
Res mundi alternant, stabili nec lege c
Positus excelso nunc fuit ille loc
Et placet hoc studium, FELIX FIDI
Varno, VARENIO Præside Th

